

6

GRANUM SALIS,  
S I V E  
S. FRANCISCVS  
de SALES  
GEBENNENSIS EPISCOPUS,  
*Tertij Ordinis Minimorum,*  
SANCTI FRANCISCI  
de PAULA,  
Nominis sui mensuram implens,  
ORATIONE PANEGYTRICA,  
PRAGÆ,  
IN ECCLESIA S. SALVATORIS  
in Urbe vetere, apud Admodum RR. PP. Ordinis  
MINIMORVM S. FRANCISCI  
de PAULA,  
Coram Academico Auditorio,

die 29. Januarij, Anno 1669.  
propositus;

FRIDERICO CASIMIRO VVOLFF,  
Societ: Jesu Religioso.  
Cum facultate Superiorum.

PRAGÆ, Typis Universitatis Carolo-Ferdinandæ, in Collegio Societ:  
JESU ad S. Clementem.



*Admodum Reverendo Patri, in Christo Patri  
Ordinis Minimorum S. FRANCISCI de PAULA Conventus Pra-  
gensis Veteris Urbi ad S. SALVATOREM CORRECTORI, ceterisque  
Venerabilibus in eodem Conventu commorantibus  
Patribus, mihi obserbandissimis.*

(a) *Leviticus 2.*  
*juxta 70.*



Egem, quâ (a) in cunctu muneribus salem offerre præcipi-  
mur, impleuisse nuper videri poteram, quando Vobis PP.  
Religiosissimi, mihique semper Admodum Reverendi, in  
SALESIOS Vestro, insulsâ licet dictione, salem obtuli. Sed  
enim, dum me magnum aliquid obtulisse autumo, grande  
à me Vobis oblatum nihil animadverto. *Salem Vobis ob-  
tuli; at eo caruistiis nunquam. Obtuli SALESIVM; at is nunquam non  
Vester erat. Qui ut Vester esset semper, (b) Cingulo sese Tertia Ordinis  
von. in Chrō. Vestri Familiae, arctissimè obligavit. Quod Vestrum erat, Vobis dedi;  
fecisse, quod non potui; dedisse, quod non habui; propè judicandus. At  
qui salem offerendo, illam Levitici implevi legem; annon etiam eam, quâ  
(c) magnus ille Prophetæ, qui surrexit in nobis, inquit: (d) Omnes habenti da-  
bitur, implevi Prophetiam, quando habentibus Vobis Vestrum met in SA-  
LESIOS salem obtuli? Certe præclarus Vester in SALESIVM animus ef-  
fecit, ut Munus hoc, tametsi minimè peregrinum, quia Vobis domesticum,  
percharum tamen, quia Orbi universo per quam rarum haberetis.*

(b) *Franc. La-  
v. in Chrō.  
sup. a. 1622.*


(c) *Lucas 7.  
v. 16.*  
(d) *Lucas 19.  
v. 26.*

Effecit congenita Vobis humanitas, ut dictiōnem meam, quâ id mu-  
neris Vobis obtuli, probi (nisi quod de Antistitūm probissimo habita sit)  
habentem nihil, approbaretis tamen adeò, ut eam in verbis duntaxat consi-  
stere minimè contenti. Literâ tradi, nutu, qui mibi pro imperio est, postu-  
laretis. Sciebatis nimurum juxta illud: *Verba solant; solatica esse mu-  
nera, quæ verbis offeruntur, nec sui, quæ volatilium omnium fortuna est,*  
ullum relinquere vestigium. Quid, quod oporteat quidem solatica esse  
munera, ut citò data, bis dari aestimentur; minimè tamen bene sint solati-  
ca, quæ non sint simul pennata. Quorum penna literam scribat, quæ scri-  
pta manet. Et verò non cerea quæpiam, quam Dædalea dextra fabrieas-  
set; sed quam amor in silice exculpsisset, æternitatem duratur, à me Vobis  
debebatur observantia. Quos vel ob hoc, quod sitis MINIMI, Minima  
JESV Societatis, quæ Mater mea est, Fratres agnosco, ut ejusdem Fratres  
veneror. Dicendi equidem estis MINIMI, sed nequaquam faciendi; qui  
mihi tantè estis ponderis, ut de Vobis cum Hippoæniūm Praefule, quod  
sentio, ausim cuiilibet pronunciare: (e) Appende MINIMOS istos, & grave  
(e) *Sermo. 35.  
de verbis Do-  
minis.* pondus invenies. Quod igitur nuper Honori D. SALESII apud Vos dixi,  
nunc amori & Reverentiae ejusdem, & Vestrae scripti.

Paternitatum Vestrarum

Servus in Christo

Fridericus Casimirus Wolff, S. I.



(a) *i. Tim.*

4. 6. 1.

(b) *i. Ioan.*

1. 6. 18.

(c) *Rom. 8.*

6. 23.

(d) *Lanob.*

*in Chronicō*

*in Annum*

# Vos estis SAL terræ.

*Matth. 5. v. 13.*



Une ergo Antistes Beatissime, qui

(a) *novissimis hisce temporibus, inclinante in 1622.*

vesperam universæ carnis die, (b) horâ (e) *bit. scri-*

quasi novissimâ venisti, ijs, qui (c) *primi- pta ab Hen-*

tias spiritus, felicissimâ prærogativâ ade- rico Episcop-

pti erant, par effectus es? Ità est AA. *Anicensis,* part 3. c. II.

(d) *Hujus Praefulsi magnitudo, Veterum gestis fidem conciliat;* (f) *bit. par-*

*que credimus facta, quia majora sensimus in eo.* Ità de SALE (g) *Hagiol.*

SIO Robertum citans Lanovius. Est enimverò SALE- *Lugd. Indic.*

SIVS, (e) *jusitorum omnium laudes in se uno complectens;* Ità Re- SS. *Lugd.*

gum Christianissimus Henricus IV. Est (f) *Propheta;* ità (h) *bit. p. 4.*

Salesij Prædecessor Gebennensis Episcopus Granerius. (i) *bit. p. 3.*

Est (g) alter Elias; ità Theophilus Raynaudus. Est (h) (k) *bit. p. 3.*

*Antuatiu Apostolus;* ità Dux Allobrogum. (i) *Sanctus c. II.*

*Episcopus;* ità purpuratus Pater Burghenius. (k) *Nul-* (l) *bit. p. 3.*

*li Episcorum secundus;* ità bis secundus Gallorum Henri- c. 7.

cus. (l) *Sanctæ Fidei columen;* ità Cardinalis Medicæus. (m) *bit. p. 3.*

(m) *Ad omnes casus immobilis;* ità Purpuratus alter Berul- c. II.

lius. Est (n) *speculum Sacerdotum, Sol Antistitum,* (o) *Pra-* (n) *bit. in*

*sulm prodigium;* ità Aniciensis Præsul Henricus, & nomi- *pref. ad le-*

natus supra Theophilus. Est denique SALESIUS (p) *Franc.*

(p) *humanifastigij modum omnem supergressus;* ità Franciscus Lan. in cbr.

Lanovius, Minimorum Chrono-graphus. (q) *Sanctum ibid.*

dixere SALESIVM omnes, priusquam à Sanctissimo dicetur. Vos autem quem eum esse dicitis AA? Sat scio actionis injuriarum rei esse pertimescentes, nè fortè calumniam pro encomio, inclytæ SALESIORVM Prosapiæ impingatis si eum alio, (quàm ab Avita sua nobilitate compellatus sit) Cognomine, appellestis; auditis aliorum de SALESIO encomijs acquiescentes: Franciscum SALES eum esse, uno omnes, eoque facundissimo silentio, pronunciatis Bene habet, Antistes Beatissime: dicam & ego, quod nemo unus Auditorum meorum de Te non sentit. Inclyte Præsul Francisce, SAL ES! Quem ego Te dum demonstro, Salem Te mihi exhibe, ut ad mandatum Apostoli, (r) sermo meus in gratia Sale fit conditus. Vos AA gratiissimi, quod falsum fuerit SALESIO, si quid insulsum; mihi adscribetis.

(r) Coloff.  
4. b. 6.

(s) S. Hier. in cap. 5. Matth. (t) Quis putas puer iste eris, qui nedum renatus, priusquam natus, Salis adeptus est Nomenclaturam, priusque à natura audiuit: SAL ES; quàm à gratia salutaretur Franciscus? In Matris utero, an dicam conchylio? factus gemmeus, ad fluenta baptismatis, è gratiarum mari levatus SAL mari-  
(u) Chron. Minim. in a. 1612. Ad vitæ januas Nomen accepit Salis ad salutis portam, salutis adeptus characterem. Quid si Francisi Nomen ad hanc portam tulisset ideo, quòd olim (u) in Tertia Franciso-Paulana Familia, salutis portum, esset reperturus? Certè non inane id erat in hoc Franciso nomen; qui Seraphici Nepos, (x) PAULLANI Filius, Xaverij Co-Apostolus esset futurus, & ad optimam Triadem, non pessimam additus Unitatem; ut unus trium, in uno nomine adunaret perfectiones; falso omnibus documento, Nomen & Titu-

(x) Censem aliqui Paulanorum Ordinem à S. Francisco Seraphico predictum esse Lanos. in apparat. ad Chron. Minim.

*Titulos sine censu salinar esse sine sale. Sacris ablutus lym-  
phis, quæ vel ipsum Salem non molli desidiâ dissolverent; sed durâ patientiâ solidarent, didicit: fortia agere, & dura pa-  
ri, id demum non Romanum duntaxat esse, verum etiam  
Christianum.*

*Quid verò sibi vult illud, quod SALESIO ad ser-  
Jordanis ripas Sal & Oleum proponantur? Connubium ego  
fuisse autumo, quo Sapientia Sal, Prudentia Oleum in facie  
Ecclesiæ sibi despontavit; bono omne, ea, qua DEUS hic  
conjunxit, nunquam à Francisco separatum iri. Rei fidem  
eventus dedit, quando in ipsa tenella etiamnun & atula  
id unum egit (y) Prudentia, ut SALESIO puerile nihil esset, (y) V. p. n.  
præter atatem. Perfecit (z) Sapientia; ut bonas artes cum (c. 2.)  
diceret, doceret meliores. (a) Humanitatis in omni Faculta- (z) V. p. 1.  
te studiosus, cum honore adeò præveniret Literas, ut nescias, (c. 3.)  
uter ab utro, SALESIVS à Literis, an Literæ à SALESIO (a) V. p. 1.  
plus honoris participarint. (b) Sit. p. 1. (c. 4.)  
(b) Sit. p. 1. (c. 2.)*

*Qui (b) Virginitatem amisit nunquam; ut teneret, (c) Offic. de  
semper (c) Voto se illi obligavit; ratus Sapientia Salem, si (S. Sales.  
nè Continentia, nusquam reperi. Individuam esse Sapi- lett. I.  
entia comitem Continentiam, nec priùs Regum Sapientissi-  
mum dicere potuisse: (d) Multissimus sum virorum, quam fa- (d) Prog. 30.  
ctus esset incontinentissimus. Nec cum alio quopiam carni (e) 2. Corin.  
virgineæ, (e) in uasis futilibus, ad incorruptionem melius esse 4. 6. 7.  
potuit, quam cum Sapientia Sale.*

*Virgo Filius Virginem in Tutelarem (f) elegit Ma- (f) Sit. p. 1.  
trem; centrum Salis reperturus nusquam quietius, quam in (c. 5.)  
Sapientia Sede. (g) At non diu licuit esse quieto SALE- (g) Sit. p. 1.  
SIO. (h) Nescit tarda molimina, uti verus, ita amoris veri (h) S. Greg.  
simius Cupido; geniales admovet faces. Hic demum aut in Morali  
ab igne Salis disiliendum, aut fuga SALESIO capessenda.*

*Fuge-*

- (l) *Sit. p. 1.* *Fugere possis; cæcus Cupido est. Fugare nequeas; armatus  
e. 8. arcu puer est.* (i) *Fugit SALESIVS subjugatæ carnis,*  
 (k) *i. Ioan.* *devicti reus sanguinis, asylum inventurus in Ecclesia.* Felici-  
s. 6. 19. *cem Te, qui de Sodoma, Mundo (k) in maligno (maligne*  
 (l) *Gen. 19.* *dicere debueram ) posito, ingenuâ Tibi consulueris fugâ;*  
6. 27. *(m) A&g. 9.* *in (l) Statuam Salis convertendus, si vel respxisses solum.*  
6. 15. *Didicit enim verò in (m) vase electionis versatissimus Sal*  
 (n) *Philip. 3.* *noster, (n) eorum, quæ retro sunt, obliviſcens, ad anteriora se ex-*  
6. 13. *(o) Sit. p. 1.* *tendere; nè, qui Sal erat, statua fieret, d'que virtute in virtu-*  
e. 10. *tem progredi, stare coactus, non posset. Ergo (o) primùm*  
 (p) *Sit. p. 3.* *D E O litaturus pro felici fuga Eucharisticon, se accingit.*  
c. 7. *(q) Sit. p. 3.* *Fuerit ea Oblatio sine fermento; at certè, Sale non caruit;*  
c. 6. *qui tametsi alium non saperet, sapuit tamen Altissimo Christi-*  
 (r) *Bernar-*  
dinus Gome. *ani Orbis Monarchæ, Clementi VIII. adeò; ut sibi eo*  
fius lib. 2. *sapientius nihil auditum, nihil sapidius (p) pronunciaret*  
*de sale.* *esse degustatum. Dignus proinde, qui Episcopali mensæ*  
 (s) *Sit. p. 4.* *admove retur, futurus primùm (q) Adjutor & Commensa-*  
c. 2. *(t) Hieron. lis; nec multo post tempore, ejusdem (itâ Salem appellata Gomèsius) (r) mensæ Numen creatus (s) Episcopus Ge-*  
 (u) *Sit. p. 3.* *bennensis.*  
c. 6. *Cùm esset Sacerdos Magnus, factus est Minoribus Mi-*  
 (x) *Sit. p. 4.* *nor. Dixerit aliquando Magnus Hieronymus: (t) Sa-*  
c. 11. *lem insulsum esse eum, qui amat Principatum; SALESIVS*  
 (y) *Neque lem insulsum esse eum, qui amat Principatum; SALESIVS*  
accedit lu. *certè insulsum non erat, qui adeò Principatum non amavit,*  
lucernam. *ut Gebennensem (u) Episcopatum refugerit, & ad Emi-*  
& ponit e. *am sub, &c. nentissimam capessendam Purpuram, (x) nè passum quidem*  
Matth. 5. *unum (verba ejus refero) esset progressurus. Nominis in*  
6. 15. *hoc mensuram implens sui, quando Sal aptiore censuit*  
 (z) *Hagiol. Lugd. Indic.* (y) *modium, quam candelabrum. Factus Minimus, qui Si-*  
SS. *Lugd.* *bi nunquam, Omnibus semper erat Maximus; vel ideo*  
 (z) *Præsum Transalpinorum Gemma;* ab æquissimo rerum

Libratore Raynaudo, non incongruè appellatus. Vé-  
rè Sal Gemmeus, qui non à mole, sed ab omnibus numeris sal ab Auhu-  
absolutâ, Minimâ è licet, pretium sibi vendicaret, ro-  
rib. appell.  
tunditate.

Nunquam eras discinctus Francisce. Cingulo Te, ta-  
men Tertio Minimorum Ordini devincis. Cupiebas nimi-  
rum esse (a) vincitus in Domino. Quid si cum (b) Apo-  
stolorum Minimo, Minimus; cum (c) Vase electionis, Sal; cum  
Paulo, Paulanus; arctiorem in hoc quæsivisset necessitu-  
dinem? Et invenisse quæsitam videri poterat, Ge-  
mellus Pauli sectator usque ad gloriam vinculorum. In (d)  
vinculis suam ponebat Paulus gloriam; in (e) vinculis glo-  
riari solitum Franciscum lego, quando cuilibet de Paula-  
na Familia factus obvius, prolato in medium, quo se Ter-  
tio Minimorum Ordini, illigârat Cingulo; se non ore dunta-  
xat, sed re, Minimum esse, jactabundus consvererat profite-  
ri. O magnum Minimorum Nomen, quo tanto Præsuli  
majus videbatur nihil!

Granum eras SALESI, qui hoc ipso, quod Granum nim.  
esses Salis, eras Minimus. Sinapis Granum ab altero divi-  
das, Granum Salis nè discernas quidem. Minimo seminum,  
est minus.

Tuo tibi jure vendicas hunc Salem, Abstinentissima  
Minimorum Familia! Præservare à corruptione is potuit ut  
Sal; sanare corruptos ut posset, Oleum à Min:mis est mutua-  
tus. Charitatis ignis in Minimorum Cœtu luceat præ foribus,  
splendescit in altaribus, ardet in cordibus, emicat in omni-  
bus, in omnibus obtinet Principatum. Decebat itaque Tessera.  
igni huic admoveri SALESIVM, ut eo distillatus, Quinta  
Salis Effentia, Spiritus fieret Salis; sicque in Gebennam, ( Ge-  
bennam ob tot Hæresum monstra dixisset alias) missus  
Spi-

(a) Ephes. 4.  
9. 1.

(b) i Cor.  
15. 6. 9.

(c) Actor.  
c. 9. 6. 15.

(d) Act. 26.  
6. 29.

(e) Carolus  
August. Sa-  
lesius lib. 9.

de vita &  
gestis Frane:  
Salesij.  
Lanoñ, in  
Cron. Mi-

*Spiritus Salis, arceret Spiritum Tartari, qui eam, heu! nimium occupârat: Audite Salis efficaciam. Vix Igni admotus, quantò Minor erat, (f) fragorem edidit grandio-*

(f) *Cur Sal rem, ut amba hodiedum Heterodoxorum aures timiant, in igne cre- pet. vide Quid? quod Saliste, Paulanæ Charitatis, Igni conjungendus Kirch mun-fuerit, ut Charitas excoqueret, Sal condiret cibos, aliæ nauseam, di subter.*

*nunc ipsi Numini orex in provocaturos?*  
tom. 1. lib. 6.  
scđ. 4. c. 4. *Ubi nunc estis fortissima pectora Fabij? ubi glori- osissimi Scipiones? ubi estis coronis redimita Capita Cæ- fates? proh! dolor! quanta Nomina, quantæ Familiae!*

(g) *Putre- dini dixi, Pater meus et, &c. Job. 17. 6. 14.* Hæ verò omnes (g) putredinem salutavere ut Patrem; ver- mes aversis vultibus basiavere ut Matrem; ijsdem, ah! quām invitas portexere ut Sororibus dexteras, in cineres, cer- tè non Phœnices, non nisi à quatuor illis, nunquam secundis ventis comportandos; à quatuor, hem! quām ferali- bus tubis, conflandos olim cineres, abière. Felicem Te, hoc Sale, Minimorum Familia! Salem habes, qui Nomen Tuum ab omni præservet corruptione. Glorierur suo in saxum duresciente Lechia; jactet suum è fontibus scaturien- tem, quæ Salisburgum nunc dicitur, Juvavia; memo- rent suum in spumas rigescensem maria; exultet Ammonia- co Sale Libya. Habes & Tu Paulana Religio, quod de Tuo, non injuriā glorieris, admirando profecto Sale, qui à corruptione præservet, & saliat in vitam æternam. Loquatur Gebenna, testetur Anicum, fateatur Tononum, dicant Antuates; tota aperiat os suum, quā latè patet, Sabau- dia. Omnes hæ, ipsum, quo responsa forment, spiritum debent SALESIO. Dudum minacia illa Tonantis, ver-

(h) *Gen. 6. 6. ba dicam, an fulmina;* (h) *non permanebit spiritus meus in ho- mine, quia caro est, in ijs effectum suum erant sortitura, nisi caro eorum, hoc Sale fuisset vigori pristino restituta, fugiens*  
jam

jam jam spiritus revocatus. Actum erat de tuis floren-  
tiſima Gallia liliis; audirent ea hodie fenticeta, quando  
Atheonum præcursor *Calvinus*, in alienam certè messem, fal-  
cem immittens suam; (i) disseminatis hæresum *vepribus*, ea (i) *Lilium*  
turpiter adeò *decalvasset*, ut ab enascentibus *spinis suffo-*  
*canda*, à veræ Fidei radice avellenda *lilia*, in clibanum jam  
jam fuerint conijcienda, nisi *Sal iste vepribus*, nè serpe-  
rent, (k) sterilitatem induxisset, *lilijs caſtissimam conſer-* (k) *Sal ſte-*  
*vasset* (l) fecunditatem. (l) *fæcunditatem*.

Verùm enim verd, qui tam exactè genuinum ſe  
in omnibus probavit *Salem* (m) amicitie Symbolum ſe eſſe (l) *Fæcun-*  
debiuit comprobare. Ortà de (n) *ſalinis*, inter hunc ditatem;  
Austriæ, illam Flandriæ Archiduces Serenissimos con- Kirch. Muſi-  
troversiâ, alterius, ut fieri amat, ab altero animos abalie- tom. 1. l. 2.  
narat. Eò ſanè *disgustum ventum erat*, ut modio *Salis* ſet. 4. item  
ad conciliandam amicitiam, opus fore existimâſſes. Ad ſet. 1. c. 4.  
eam tamen reconciliandam, unicum hoc *Salis Granum*, vel *gu-* (m) *Plutar-*  
*ſtæſſe*, ſuffecit. Bene habet! optimè diremisti hanc de *chus in que-*  
*Sale* litem reus, & arbiter SALESI. ægriùs illam Lugdu- *tion. Con-*  
nenses inter atque Sabaudos, de *Tuo olim nascituram* ſet. 2. l. 12.  
*Corpore*, dirempturus. O ſapuifſet tibi *Sal iste miserrima* (n) *bit. p. 4.*  
*Gebenna*, nunquam D E O inimicissima Gehenna dicerere!  
Et ſapuifſet ille quidem, niſi tu *despuiffes*: palati tui vitio, *c. 15.*  
non *Salis* efficacissimi, id accidit conditione.

At, at cernitis AA ut cohorſcendæ insurgunt  
tempeſtates, densantur nubes, perſtrepunt venti, con-  
ſpirant Æoliz potestates, glomerantur Aquilonibus Eu-  
ri, undæ in vortices, in turbines conflantur omnia, nihil  
non agit invidia, ut SALESIVM petat, in caput SALESII  
(o) conjuratur. Tetigit nempe *Sal* lividissimos invidiæ o- (o) *bit. p. 2.*  
culos; hinc illæ lacrymæ, in decumanos adverſus SALESIVM *c. 3.*

(p) Plin.  
lib. 31. c. 7.

fluctus assurrectoræ ! At *Africanus* est *Sal* iste, qui, teste  
Plinio, undis (p) non emollitur. asperiores veni indurant  
potius, quam emolliant *Salem*. Persistit inconcussus ad has  
procellas *Sal Noster*, suavissimo gratiarum rore facilius  
emolliendus. Et hoc est, quod is, qui ingruente adversi-

(q) *Anagrā.*  
*Xaveriev.*  
*VIR S A.*  
*X E V S.*  
(r) *Bit. p. 2.*  
c. 4.

tatum impetu fuit (q) *VIR SAXEVS*, affulgente cœli-  
tus malaciâ, stillantibus superni roris guttis, alter erat *XA-  
VERIVS*: (r) *parcius Domine!* exclamans, *parcius!* An-  
non *Allobrogum Apostolus Indianarum Apostolo*, *Franciscus Fran-  
cisco parallelus?*

Vicisti Franciscæ! sauciaturam, nō sauciaretur, invi-  
(s) *Bit. p. 4.* diam, immotæ (s) armis patientiæ sauciavit adeò, ut cùm  
c. 15. & ibi-  
dem c. 18. alias, quibus querularetur, voces non haberet, calumnias ad-  
(t) *Bit. p. 5.* hiberet. Ergo (t) *triveneficus à muliercula*, uti heterodo-  
c. 3. xis dogmatibus apprimè tinctâ, ita odio in *SALESIVM*  
rabidâ appellatur. *Triveneficum* dicis? nunquam te *He-  
xastrygem* dixit *SALESIVS*. Certè ex hoc ipso in *SALE-  
SIVM* odio propè est, ut quis, te ijs aliquando (u) *convivij*  
(quibus teste *Nicolao Remigio* nè fictitium quidem *Salem*  
apponi patitur unquam *Tartarus*) int erfuisse suspicetur.  
*Olfecit nasutissimus inferni Vertagus*, suis edulis, si *Sale* condi-  
rentur, male actum iri. Hinc genuinis suis fœtibus, nihil  
cum *SAL ESIO* voluit esse commune.

(u) *Nicol:*  
*Remig: Dæ-*  
*monolog.*  
*cap. 16.*

Connisi sunt versutissimi illi, inque mendaciorum in-  
cude, recentissima mendacia cedere doctissimi fabri Hæretici,  
commuere *SALESIVM*. Sed *Minimum Salis Granum*, quo-  
modo fecissent minus? qui in *minimo Salis Grano* partes in-  
venire satagit, quam metuo, nè in circuli centro, aut trian-  
gulum, aut certè inveniat quadraturam. Fabricate, per me  
licet, impudentissimi malleatores; at unum id vos nō sse-  
velim, quod nè minimam ex hoc grano scintillam, nisi quæ

vestros ad veritatem illuminet oculos, sitis excussuri. Non aliter ulciscetur injurias SALESIVS, quam beneficiorum retributione. Proprium est id Sali, aquæ, à qua dissolvitur, impertiri suavitatem. Hinc illud Silice dignum SALESII nostri effatum, hosti erat capitalissimo dictum: (x) Odisti me, inquit, sat scio; sic tamen habeto; si oculorum alterum mihi effoderis, fore, ut altero, te benignè intuear. Salem profectò Gemmeum, qui malis æquè ac bonis nitet. Quid jam in eo reperisses acerbum, qui nè hostibus quidem suis fuit, nisi Sal amœnus. Nec esse amarus potuit, in cuius post fata aper-to corpore, nè (y) gutta quidem fellis unica est reperta. (y) Sit. p. s. c. II.

Vitæ Salesianæ Authoris, hac super re, verba audi-re juvat: vesicula fellis, inquit, acri illo humore prorsus carens, nihil aliud exhibuit, nisi grana quadam versicoloria ad trecenta, sic inter se connexa aptaque, ut rosarium crederes. Hucusque Aniciensis Antistes, vitæ Author. Crediderim ego rosa-rium illud in ejus repertum corpore, è rosis, sed quæ om-nibus earerent spinis; rosis, quas irasci nescia collegisset patien-tia, quibus aculeatæ acerbitatis expers SALESII caput coro-naretur, fuisse contextum. Nihil in SALESIO spinosum, comederūt felleum nihil, nihil acerbum.

Beatos nos, si illud Protoplasti pomum hoc Sale-fiset conditum. (z) Uvam certè acerbam, à Patribus nostris de-gustatam, in dentium stupore, jejuni hodienum filij, non experire. (a) Nequa-mur. Tum demum callidissime serpens, mendacissime temorie-nequam, impletum fuisset tuum illud: (a) nequaquam. At-que eò allusisse Purpuratus videtur Baronius, quando (b) sit. p. 3. SALESIVM, in (b) Adamo non peccasse asseveravit. c. 7. Inno-

Infelix Adæ posteritas, in luteam scelerum prolapsa centiam Sæ-mephitim, nihil nisi terram & lutum sapere, terram & lutum lefi decla-raturus Ba-coperat redolere, quando aptissimum terrena conversa-ronius.

tioni nomen audire meruit: (c) *terra es. inque deliciosa*

(c) *S. Aug.* *super illud Gen. 3. 6. 14* *serpenti escam cessit. Simul ac homo peccator, terra audiuit; audijt & serpens inveterator: terram comedes. Quid terram co-faceret ad usque fauces Tartari redactus, ab eodem, in medes.*

*momenta, abliguriendus miser? Exhorrescit ad Salis conspectum Tartarus; Sale opus erat; & profectò vix Sale condita animata isthæc terra, quæ serpens erat cibus, cibus effecta est DEI, Aurelio annuente Augustino. Salem hujusmodi se esse demonstravit SALESIVS, quando binis su-*

(d) *I. Coleff.* *3. b. 2.* *pra septuaginta capitum millibus, quidquid hereticâ (ea quæ sursum sunt, minime, sic verò, ea quæ sunt super terram sapiente) pravitate erat terreum, ademit, quidquid obscenissimorum scelerum sordibus erat luteum, penitus detersit, docuitque adeò bene sapere, ut cœlorum Regis æquè, ac Cœlitum reliquorum vultus animosque, quasi ambrosia coelestis oblitos, totos in suæ raperent odorem suavitatis. Non tenueré ad facetissimos hosce Sales Tuos, risum ipsi Cœlites; & risere quidem ad singulos magis, quam si pro eorum unoquoque (e) nonaginta novem, salis pœnitentia lacrymis non egentes, obtulisses Isaacos.*

(e) *Ita erit in cœlo*

*gaudium super uno, quam super*

*99. Luc. 15.*

*b. 7.*

*Sed non diu Tibi amoenissimo isthœc Sale, frui licet genus mortale. Ut ejus suavitatem gustarunt cœlorum Incolæ, terricolis eum inviderunt. Conclusum est! morière Francisce. Vixit SALESIVS! At quomodo expirasset, qui alijs fugientem spiritum revocavit? Noverit occasum Sol; Saliste non novit obitum. Abiit spiritus Sa-*

(f) *Matt. 15. lis.* *ut qui fuerat (f) Sal terra, fieret Sal cœli. adhibendus*

*b. 13. (g) sit. p. 5.* *deinceps mensæ Beatorum. Fuerit sanè eo dignus mundus; at is dignior erat cœlo. (g) Abiit SALESIVS die Jo-*

*annem Evangelistam consequente. Insecutus nempe est, Pocillatorem JESU, ut quibus Sale suo accedit justitiae sitim,*

*(h) de*

(b) de fontibus Salvatoris mutuatum tantisper è Joannis dextera, calicem propinaret salutis. Mensuram in hoc, No- (b) I. 21. 12.  
minis sui, ad usque fundum impleturus. (i) Hymnu enim non <sup>b. 3.</sup>  
aliud sonat Sal, quam Salutem. (i) Geronius  
Eccl. l. 4.

At enim qui in vivis cunctorum dissidentium erat unio, Hermariorum quin de suo sacro Funere, non modica Lugdunenses inter, atque Allobroges (k) his oriretur, impedire non potuit. (k) sit. p. 5.  
Amoris est haec his; litigate! dum enim de Sale contenditis, e. 11.  
sanctissimum amicitiae symbolum inter vos retinetis; nec esse potestis nisi amici. Eovicere tamen litem jure suo Allobroges. Non poterat videlicet, quos saliit vivens, relinquere insulso moriens. Probavit se genuinam Salis hujus Matrem Sabaudia. (l) Tonus igitur Matri erat, Salo- (l) 3. Reg. 3.  
mone etiam judice, restituendus. Qui cum dividendi nequiret, b. 27.  
quia Minimus; distribui ut posset, factus est, sapientissimus in lucem (m) editis lucubrationibus, Sal fœcundissimus; virtute (m) sit. p. 4  
tamen semper indivisa, semper una, semper collecta; ut e. 14.  
totus vigorem suum communicaret omnibus, totus singulis.

Habetis in SALESIO Christianissima Gallorum lia, Salem corruptionis vindicem; habetis Catholicissimæ Hispanorum turres Salem, quo adversus obsidentium Hæremon famem annonam saliat. Habetis Augustissimi Austriacorum campi in SALESIO Salem, cuius sterilitate (n) Kircho. pullulare non sinantur lolia, cuius (est enim etiam sua vide suprad. Sali Kircheri teste, (n) fœcunditas) fœcunditate excrescat; (o) Zach. 9. adeò Austriacis semper amatum (o) Frumentum electorum; (p) ibid., maturescat [p] vinum germinans Virgines; anno non verè vi- b. 27. num Austriacum? Habes & Tu fortissime Boëmorum (\* ) Kirche. Leo in SALESIO carbunculum. [\*] Carbunculos namq; ex Sali- riu. tom. 2. bus generari, dictus censem Kircherus. Carbunculum habes, qui Mundus fab- ter. lib. 8. Regium tuum diadema splendidissime exornet. Et tu sebt. 1. c. 7.

*Charitatis igne flagrantissima Minimorum Familia, in SALESIO tuo Salem habes, qui cum omnium, Homero teste, sit [q] condimentorum condimentum.*

(q) *Homer. apud Cornelius super sal. vos estis Sal* *tuam illam, suspicendam cæteris Ordinibns magis, quam imitandam, sapidissime conditam Abstinentiam.* Sed quorsum ego de SALE-

*SIO isthac commemoro? universa optimè novit ( in terra.*

*qua cum lilijs Paulana Religio floret) Gallia, quanta Minimæ cum Minimis intercedat Familiae necessitudo.*

*Et Tu igitur Minima JESV Societas, quæ Minimæ Nomen habes cum Minimis, cum ijsdem de SALESIO participâ-*

*sti. Tuus etiam est SALESIVS. Jesuitæ Habetis SALESIVM, Siquidem Habetis JESVM.*

*Ea namque Gemmeo huic Salis cum JESU intercessit amoris Unio, ut cum*

*eo unus Spiritus Salis effectus JESUS in Salem, Sal in JE-*

*SUM, transmigrasse videretur, factus de Sale SALESIVS,*

*id est, transpositis anagrammaticè literis, SAL JESUS.*

*Nec mirum, quod SAL JESVS cum [r] Jesuitis semper*

*bene, quando Minima cum Minimis, nunquam non optimè consensit Societas.*

*At evanuit SALESIUS. itane verò Salem evanuit? ita-*

*ne ad nihil valeat amplius, nisi ut evanidus [s] conculcerit?*

*Tantum abest, ut evanuerit, ut tum vel maximè obstupe-*

*scendis Orbi universo prodigijs, non solùm mortalium,*

*animos & corpora à corruptione vindicando. Sed ô! por-*

*tentosum, omnésque naturæ limites supergressum Sa-*

*lem, etiam [t] in tenebris & umbra mortis jam confidentem pro-*

*fugum spiritum, binis exanimis cadaveribus [u] restituen-*

*do, se id, quod erat, esse, luce meridianâ clariùs compro-*

*bârit. Qui conculari amavit dum viveret, honorari me-*

*rebatur etiam, ubi vixisset. Et verò Sanctorum Antisti-*

*tum honores, cui contulit in cœlo DEVS, exhiberi à cun-*

*cis*

(r) *Affectū*

*Sancti erga*

*Societatem*

*JESV fide*

*Gita p. 4.*

e. 4.

(s) *Quod si*

*Sal evanu-*

*erit &c.*

*Matth. 5.*

*6. 13.*

(t) *Luc. 1.*

*6. 19.*

(u) *In Brebi*

*Beatificat-*

*B. Salesij.*

**E**tis mortalibus præcepit in terris D<sup>E</sup>I Vicarius. [x] Ale-<sup>(x)</sup> Alexan.  
**x**ander is erat VII. Quis melius, de Sale montium Filio : der VII. Cu-  
quām Cuius montium Pater, pronunciasset? Ego, cūm stos montū, juxta Ma-  
in omnibus quidem, Sale tamen vel maximē, quidquid ni-<sup>(z)</sup> lach. Archi-  
mium, id esse non nesciam vītiosum, nē Sale finē Sale usus vi-<sup>(y)</sup> Episc.  
dear, alterius ævi nostri Archimedis ([y] qui cuncto ([y]) Kircher.  
rum ἀλφα & ωμηγα Salem esse vult) secutus sententiam ;  
cujus Narrationis ἀλφα erat Sal; Perorationis ωμηγα Salem  
esse volo; idq; unum demississima cum veneratione:  
Beatisime Antistes Francisce SAL ES Dico,  
& D I X I.

**A. M. D. G.**

